



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XV. Machiauelli imprudentia & superstitio demonstrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

via specie sanctitatis inesse sepe fraudem. Nolumus ergo principem in hominibus faciles accommodare aures. Nolumus ut totos dies & noctes in precibus & animi anxietate consumat, quod esset non minus noxium. Sed ita se comparare debet, ut neque de futuris eventibus magnopere laboret: in diuino presidio & pietate salutis spem ponat: ad curandos morbos non alios quam medica artis peritos adhibeat, & eorum consilio herbas salutaris.

§. 15. His vero impediri vitia consilia, oriri seditiones, rerum nouarum spes, & insidias, ita clarum est, ut nullius imperatoris Ethnici tempora illis caruerint, sub quo enim non fuerunt quaestiones contra eos, qui de vita principis, de successore magos consulissent? Grande autem hoc impictatis mysterium, animos infamia plebis vehementer infestant. Ad omnem motum, ad omnem progressum, ad vocem, ad occursum vel hominis, vel bestiae ad cantum oscinis, ad volatum auium, ad casum ubi ex ore pulli, non modo trepidare, sed exercitum educere, vel continere castris, mare transmittere classe, vel in portu consistere, belli & pacis artes regere, tanta & stultitia, ut in hominem cadere non videatur. Iulianus cadente stella terretur, & consiliarius pices, qui suadent ne quid agat. Augustus circa religionem talis erat, ut ait Sueton. Tota circa paulo infirmus expauescebat, ut semper & ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio: atque ad omnem maiorem tempestatis suspensionem in abditiu & concameratum locum se reciperet: consternatus olim per nocturnum iter transcurso fulguris, ut supra diximus.

Augusto etiam miserabilior erat Alexander, qui ita se gessit, ut nihil esset tam paruum, aut absurdum, si modo insolitum, quod in prodigium, aut omen non recideret; itaque sacrificium, iustitiam, diuinantium regia plena erat.

Quod si caelo tonante hostis ingrueret, nonne veteranus imperator in latebras sese abderet? Quod si exercitus pari timore teneretur incruenta praeda fieret, ex eo duntaxat, quod fulgure suum indicari exitium falso crederent?

§. 16. Superstitio trepidus, imbelles, ferules efficit, quemadmodum vera religio animosus, fortes, & tutelae numinis fidentes. Egyptii superstitiosissimi gentium ad bellum inepti erant, semper pene feruierunt, imo cum regionem haberent tam fertilem, externis vilissimis in rebus ministrabant. Itaque per contemptum vocabantur ἀχρηστοί, ἀνιστοφῆσι, βαυίλι, laterum geruli, vasto autem & neruoso erant corpore, quod tamen non armis sed oneribus feruilibus exercebant, quod haberent animos humiles formidine Diuum, depressoque premerent ad terram. Itaque in istos βασανιστὸν Aristoph. iocatur:

Δύ ἀμαρτὴν ἰσοδύναμη, καὶ κερὰ δία,
'Οὐς δὲ καὶ ἀν' ἀεὶ καὶ δὴν ἔκατον ἀνθρώπων.
Duos currus, duosque mortuos imposuit,
Quos ne centum quidem ferrent Aegyptii.

Quomodo enim magnus animus esse potest, qui tam viles res pro numine veneratur? Qui in minimis summum bonum constituit? Turcae quam sunt animo feruili? stellas aiunt è carenis aureis pendere, animalibus superstitiose cibos suggerunt, Indi nonnulli quibus hospitalia, palatiaque exstruunt, homines interim negligunt, Americani, Iaponique quam superstitiosi? Sed tamen omnes stolidi, imbelles, abiecti, & ad quasi seruendum nati. Cum enim omnia timere cogantur, non possunt esse magnanimi.

CAPVT XV.

Machiaueli imprudentia & superstitio demonstrata.

§. 1. Quid sapienter factum esse multi existimantur ex Ethnicis, ut multitudinem exrimoniari metu, & religionis quadam tragedia continerent, id iam refutauit, sed quia tamen Machiauelius qui videri Christianus voluit, eodem principem suum ducit, examinanda sunt, quae l. 1. de repub. cap. 11. 12. 13. 14. scripsit. Magnam enim imprudentiam cum summa superstitione coniunctam habent.

Cap. 11. Quamuis à Romulo Roma primam originem traxerit, eumque ut filia patrem merito agnoscere debeat: nihilominus tamen viderunt dii immortales, quod leges à Romulo late & instituta: ad tantum imperium acquirendum non sufficerent. Quamobrem, eo ex hac vita migrante, senatum mouerunt, ad Numam Pompiliu successorem eligendum: ut is videlicet ea suppleret, quae à Romulo neglecta fuissent. Cum is ergo ad imperium peruenisset, populum Romanum ad belli artes institutum, ferocemque deprehendit: quem cum ad pacem & tranquillitatem instituere cuperet, ad religionis cultum instituendum, omne studium conuerterit. Quem tam praclare instituit, ut multis seculis, nusquam gentium tantus timor Dei existeret, quantus apud Romanos, ex Numa institutione erat: quae res omnia illa instituta per multum promouit.

Probat salutem Romae reuerendo illo religionis cultu dependisse. Quia iusiurandum, quod coacti praestiterant, seruare solebant, ut cum post cladem Cannensem Scipio iuuentutem pauescentem, & ad regem aliquem discedere duce Metello cogitantem stricto ferro iurare coegit, quod deserere patriam nollent. Ut cum Titus Manlius Pomponium Tribunum stricto pignore adegit, ut iuraret à patris illius accusatione cessaturum. Itaque plus Numae quam Romulo debuisse Romanos affirmat. Tandem concludit in haec verba: Quae cum ita se habeant, concludo cultum religionis à Numa Pompilio institutum, vnam è primariis causis extitisse, propter quas Romani in rebus gerendis tam felices fuerint. Nam ubi religio est, locum habent bonae leges, ac bona disciplina, ex quibus fortunati, felicesque rerum eventus, in expeditionibus praesertim bellicis nascuntur. Sicuti è contra etiam, sublata religione, corrumpi Rempublicam oportet: quoniam sublato Dei timore, sequitur impietas, ex eaque ruina imperiorum. Nam etsi princeps ipse fortasse pius sit, & subditorum impietatem virtute sua aliquo modo compenset: quia tamen is est mortalis, & forte etiam vite brevis: necesse erit, ut eo moriente, virtus quoque, quae supererat sensim vna cum imperio labatur.

§. 2. Cap. 13. Non absre, inquit, facturum me puto, si propositis exemplis ostendam: Romanos ope Religionis sepe perturbatam Rempublicam instituisse, & expeditiones quasdam suscepisse. Huiusmodi exempla cum apud Lium multa sint, ego tamen pauca hac tantum adducam. Postquam Pop. Romanus tribunos plebis consulari potestate creasset: hique omnes, praeter vnicum plebei essent: orta est eodem anno Romae pestilentia grauis, atque amone charitas, praeterea, alia quadam portentosa apparuerunt. Hinc igitur Patricij sumpta occasione, asseriebant has calamitates Pop. Romano à diis immortalibus immisas, ob abusum maiestatis imperij & male usurpata tribunitiam potestatem, neque eos placari posse aliter, quam si legitima tribunitia potestatis ratio restitueretur: quare pauescentia plebs, tribunos omnes ex patriciorum ordine creauit. In Veiorum obsidione longissima etiam, cum milites tadio pertesi Romam redire vellent, Religionis quodam pretextu, ad obsidionem continuandam à ducibus retenti fuere. Nam cum Albanus lacus excreuisset: Oraculum Apollinis ita sum interpretati, ac si illa aquarum inundatio urbem eo anno expugnatum iri nuntiaret: adhibitisque ad Albani huius prodigij procuracionem, & placandos Deos, Vates, qui Roma capitiuus tenebatur. Quibus omnibus miles persuasus, patienter belli molestias tolerauit: atque inde factum, ut Camillus Dictator creatus urbem expugnaret: quam Populus Romanus toto decennio oppugnauerat. Quae quidem Romani nunquam

Machiauelius Arthus superstitionis usum principi suadet.

Quinam illi dii?

Numa igitur sanctius & propheta?

Iuramenti religionem Romani seruauerunt.

Roma cum paucioribus diis melius vixit, cum vno felicissime vixisset.

Patricij occasione plebeios terrent.

Militem cum Albanus lacus excreuisset: Oraculum Apollinis ita sum interpretati, ac si illa aquarum inundatio urbem eo anno expugnatum iri nuntiaret: adhibitisque ad Albani huius prodigij procuracionem, & placandos Deos, Vates, qui Roma capitiuus tenebatur.

Prudentia
melius, quā
scelere in
officio con-
tinentur.

cam feliciter perfecissent, neque tribunitiam potestatem ad patricios reuocare potuissent, nisi Religionis prae-textu adiuti, cum milites, tum plebem in officio sciuisent continere. His exemplis simile est, quod accidit, tunc cum Terentillus tribunus plebis legem Terentillam, de qua postea differemus, promulgare vellet: nam etiam tunc ad sedandos illos motus, quos ea res pepererat, vsi sunt patres religionis quodam prae-textu, duplici ratione. Primum enim Sibyllinos libros per duumuiros, adire iusserunt: atque inde nuntiarunt periculum imminere ciuitati, libertatis eo anno amittende, nisi seditionibus abstinere-tur. Quod etsi Tribuni criminarentur, à patribus factum ad impediendam legem: plebis animos tamen vsque adeo permo-uit, vt Tribunos tanto ardore non amplius sequeretur. Deinde, cum per eosdem tumultus Appius Herdonicus quidam, ope exu- lum atque seruorum, quos quater mille & quingentos secum habebat, noctu Capitolium atque arcem occupauisset, pericu- lumque esset, ne si aut Arqui aut Volsci Romani nominis ho- fles perpetui, aduentu assent, urbem essent expugnaturi: nec de- finerent etiam tum tribuni, legis promulgationem vrgeri: as- sererentque id quoque à patribus factum esse, vt legem impedi- rent: tum è senatu egressus P. Valerius consul, vir grauis atq; disertus, minas argumentis miscens, demonstrauit populo, quae pericula urbi ob Capitolium captum imminerent: quam in- tempestiua illa esset legis ferenda occasio: tantumque effecit vt iuramento omnes astringerentur, se à Consulibus voluntate non discessuros: Eum ergo sequuta plebs Capitolium recuperauit. Sed cum in ea expugnatione P. Valerius fuisset interfectus, eig, L. Quintius Cincinnatus in Consulatu successisset: ne plebi o- tium relinqueret, aut ansam praeberet eandem Terentillam legem meditando, atque vrgeri, in Volcos & Arquos legiones ducere decreuit. Sed cum id Tribuni eludere conarentur, qua- rerentque quonam pacto exercitum educturi Consules essent, quod delectum habere Tribunorum nemo posset: *est 2. tum* Quintius, nobis vero nihil delectu opus est, inquit, cum quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba iurauerunt: conuenturos se iussu Con- sulis, nec iniussu abituros: edicimus itaque vt omnes qui in verba iurasti, crastina die armati ad lacum Regillum adsint. Quibus dictis etsi Tribuni resisterent, plebemque eoluere reli- gione conarentur, quod id iuramentum non Quintio, qui tunc priuatus homo erat, sed Consuli praestitissent, tamen plebs per- mota religionis reuerentia, maluit consules sequi, quam vi- deri in iusturandum vlla ratione peccasse: vsque adeo scilicet felicia erant illa tempora, hominibusque minime mali: & vt Livius inquit: Nondum haec, quae nostrum tenet seculum, ne- gligentia Deum venerat, nec interpretando sibi quisque iura- mentum, & leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad ea accommodabat. Hisce ita constitutis cum Tribuni cernerent, se non posse resistere Coss. in eorum voluntatem & ipsi descen- derunt, metu amittenda dignitatis: pactumque vt toto anni spatio, neque ipsi de lege Terentilla quicquam agerent, nec con- sules plebem ex vrbe ad bellum euocarent. Atque hic quoque cernis, Senatum religionis ope turbulentos hos tribunitia po- testatis motus sedasse, & praesentes difficultates superasse: neg, eas sine illa superare potuisse.

§. 3. C. 14. Auspiciis ait vsos Romanos, sed tamen saepe contra praesagia dimicasse, tum vero contra communem vsum illa interpretatos esse; vt fecit Pa- pyrius contra Samnites, cum enim falso illi tripu- dium solystimum renuntiatum esset, idque imperato- ri iam in rem intento indicatum esset; respondit internuncio: Tu quidem maeste virtute diligentiaq; esto: Caterum qui auspicio adest, si quid falsi nuntiat, in semetipsum religionem recipit: mihi quidem tripudium nuntiatum populo Romano, exercituique egegrum auspiciū est. Quae cum di- xisset, vt euentus suo praesagio responderet, mandauit centurio- nibus, vt Pullarios inter prima signa constituerent. Itaq; dum signa promouerent aduersus hostes priusquam clamor tollere- tur, & concurreretur, emissio temere pilo iclus Pullarius ante signa cecidit, quod vbi consuli nuntiatum est: Respondit, iam omnia bonis auspiciis successura, cum Pullarius suo interitu mendacium exprolasset: iamque Deos placatos exercitui ad su-

Papyrius
auspicia e-
ludit.

turos. Quo loco cernis manifesto, Papyrium ita interpreta- tum esse auspicia, vt nec pugnandi occasionem omiserit, contra quam illa viderentur suadere: nec tamen quis illi posset etiam obicere, quod auspicia, & religionem contempsisset.

Dextera tamen illam senatus approbavit, & de- cretis honoribus publice ratam fecit.

§. 4. Impiam hanc imprudentiam esse quamuis praecedentia ostendebant, nunc tamen ex historiis, & ipsa Republica demonstrabo, & nisi fallor ex ipso Machiauello.

Primo ait Deos immortales vidisse leges à Romu- lo latas ad tantum imperium acquirendum non suf- fecisse, ideo senatum mouisse ad eligendum Nu- mam, vt quae deessent supplerent. Quid hic pri- mum mirer aut reprehendam? Dī praeuiderunt non satis esse leges Romuli? At nec Romuli, nec Numae humina quicquam non modo praeuiderunt, sed ne viderunt quidem. Omnes illi Dī sine fundamentis creuerunt, ideo in ruinam prouenerunt. Romulus paucos, Numa plures fecit Deos. Sed non erant illi Dī, quorum de humano arbitratu diuinitas penita- batur, cum homines illi Deo propitii essent, nisi e- nim decreuissent, nunquam illa turba Deastrorum radio ornaretur, & astris. Melius de hoc negotio Minutius felix iudicauit; Romani inquit, non ideo tan- ti, quia religiosi, sed quia impune sacrilegi. Sed iam Dī mouerunt Numam vt numina conderet, & vt vult Machia- uellus simplicem populum deciperet. Non tamen illi posteris succederunt. Nec his sacris (Augustin. lib. 3. de ciuit. Dei, c. 12.) tamen Roma dignata est esse contenta, quae tam multa illic Pompilius constituerat: nam ipse sum- mum templum nondum habebat Iouis. Rex quippe Tarqui- nius ibi Capitolium fabricauit. Aesculapius autem ab Epidau- ro abiit Romam, vt peritissimus medicus in vrbe nobilissima artem gloriose exerceret. Mater etiam Deum nescio vnde à Pessinunte. Indignum enim erat, vt cum eius filius iam colli- Caputino praesideret, adhuc ipsa in loco ignobili latitaret. Quae tamen si omnium deorum mater est, non est secuta solum Romam quosdam filios suos, verum & alios praecessit etiam se- cuturos. Miror sane, si ipsa peperit Cynocephalum, qui longe postea venit ex Aegypto. Vtrum etiam, dea Iebris ex illa nata sit, viderit Aesculapius, pronepos eius. Sed vnde cumq; nata sit, non opinor audebunt eam ignobilem dicere dī peregrini deam ciuem Romanam. Sub hoc tot Deorum praesidio, quos nume- rare quis potest? indigenas & alienigenas, calites, terrestres, infernos, marinos, montanos, fluuiales: & vt Varro dicit, cer- tos atque incertos, in omnibusque generibus Deorum, sicut in animalibus, mares & feminas? Sub hoc ergo tot Deorum praesidio constituta Roma, non tam magnis & horrendis cladi- bus, quales ex multis paucis commemorabo, agitari affligique debuit. Nimis enim multos Deos grandi fumo suo, tanquam signo dato ad tuitionem congregauerat: quibus templa, altari- ra, sacrificia, sacerdotes iniungendo atq; prebendo, summum verum Deum, cui vni haec rite gesta debentur, offenderet. Et fe- licior quidem cum paucioribus vixit. Sed quanto maior facta est, sicut naui nauas, tanto plures adhibendos putauit: credo desperans pauciores illos, sub quibus in comparatione peioris vita melius vixerat, non sufficere ad opitulandum granditatis sua. Primo enim sub ipsis regibus excepto Numa Pompilio, de quo iam supra locutus sum, quantum malum discordiosi cer- tamini fuit, quod fratrem Romuli coegit occidi?

Impie caci-
dus prou-
dentiam
tribuit.

Dī ab ho-
minibus fa-
cti homines
iuuare non
possunt.

Turba Deo-
rum nihil
Roma pro-
fuit.

§. 5. Omitto duodecim selectos, viginti caelestes. Turba illa an erat necessaria, Cautius, Ops, Lucina, Vagitanus, Cunina, Rumina, Statalinus, Mens, Adeo- na, Volumnus, & Volumna. Bellona, Deus agrestis. Honorinus, Victoria. Aesculapius, Fessonia, Peilonia, Spiniensis, Fortuna, Mutua diua, Agenoria, Stimula, Murcia, Iugatinus, Vallonia, Runcina, Sera, Segetia, Tutilina, Flora, Matura, Ruana, Carda, Limeninus, Forculus, Syluanus, Febris, Pavor, Flora, Quies, & quae sola iusti nominis est, Cloacina. Hi & plures additi sunt, multos enim omitto, quia honeste no- minare

minare non valeo. Horum ergo deorum superstitione si sterisse rem Romanam Machiaullus iudicat, longissime à vero abit. Quid enim Febrius, & Pallor de republica prauiderunt?

Iuramenti religio non timore morum, sed veri numinis seruatur.
§. 6. Secundo, Numæ debetur ut Romani religionem iurifurandi seruauerint, ut Metellus cum sociis, & Pomponius. Verum non illi timore vanorum numinum, sed ratione naturali, & timore quodam de aeterno numine, cuius infitam *αεθλιν* excutere non potuerunt, multo vero magis timore mortis, & infamiae, iurifurandi religionem obseruauerunt. Per Deos enim suos Apollinem, Mercurium, Venerem, ipsum Iouem peierare, & fallere didicerunt. Hisce pauculis vis turbam periurorum opponam? Primo erat ipse Numa per dolum regnū occupator, & fraudis religionis inductus ciuibus, tanti imperii deprauator. Deinde Tullus Hostilius contra fœdera Albæ, hoc est parenti bella inferens, cum tota domo fulmine est concrematus. Tarquinius Priscus per Anci filios contra præsitam fidem occisus est. Seruius à genero occisus est, Tarquinius Superbus parricida capitolium erexit, & regnauit. Brutus Collegam Colatium sine causa eiecit, Romani adolescentes contra patriam coniurant pro tyrannide. Quid hic profana Numæ pietas? *Senatus Romanus equo & modesto iure agitauit, dum metus à Tarquinio, & graue bellum cum Etruria positum est, deinde serui imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo more regio consulere, agro pellere, & ceteris experibus, soli in imperio agere. Quibus agitata sentit, & maxime senore oppressa plebes, cum assiduus bellis tributum, & militiam simul toleraret, armata manu montem sacrum, atque auentinum insedit. Tuncque Tribunos plebis, & alia sibi iura parauit. Discordiarum & certaminis vtriusq; finis fuit secundum bellum punicum, ita Salustius. Non igitur pietate religionis sed metu se equos præstitere patres, & quia metus est non diuturni magister officii, eo sublato ad iniurias plebis itum est. Quid Sergius Galba vir summa perfidia, qui Lusitanorum septem milia partim vendidit, partim trucidauit, cum fide data eos euocasset? Betultum regem Aruernorum perfide captum senatus Albam custodiæ causa relegauit. Non ignoro maiorem Romæ quam vlla in gente fuisse iurandi religionem. Cicero l. 3. de officiis. Nullum vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores artius esse voluerunt. Id laudant Agellius, & Dionys. l. 2. Numæ acceptum refert, Polybius item l. 6. Sed hoc comparatione Penorū, Ægyptiorum, & aliarum gentium perfidio similium. Nam quod ad iuramenti fidem attinet ad auctorem, qui Romanas res melius cognouit, & prudentius aestimauit, quam Machiaullus, appello Augustin. l. 3. de ciuit. Dei, c. 2. Nescientes igitur tanti dii, Neptunus & Apollo, Laomedontem sibi negaturum esse mercedem, structores mœnium Troianorum gratis & ingratis fuerunt. Videant ne grauius sit, tales Deos credere, quam diis talibus peierare. Hoc enim nec ipse Homerus facile credidit, qui Neptunum quidem contra Troianos, Apollinem autem pro Troianis pugnantem facit, cum illo periurio ambos fabula narret offensos. Si igitur fabulis credunt, erubescant talia colere numina: si fabulis non credunt, non obtendant Troiana periuria, aut mirentur Deos periuria punisse Troiana, amasse Romana. Vnde enim coniuratio Catiline in tanta tamque corrupta ciuitate, habuit etiam eorum grandem copiam, quos manus atq; lingua periurio, aut sanguine civili alebat? Quid enim aliud toties senatores corrupti in iudiciis, toties populus in suffragiis, vel in quibusque causis, quæ apud eum concionibus agebantur, nisi etiam peierando peccabant? Nam corruptissimis moribus ad hoc mos iurandi seruabatur antiquis, non ut à sceleribus metu religionis prohiberentur, sed vt periuria quoque sceleribus ceteris adderentur.*

Multa periuria Romanorum.

Pietas Numæ in regibus appareret.

Et in curia.

Roma prius felicitas.

Roma fidei quam alie gentes seruantes fuit.

Diis sibi futura non prouiderunt.

Periuria Romanorum censebat Augustino.

Diis Romanorum per fuit, id contemptu vanorum minimum, periuria rituum ride-

steriores per genium Cæsaris iurabant, & Christiani cum ab eis iurandum poscebatur, per salutem Cæsaris, Tert. apol. 35. *Iuramus sicut non per genium Cæsaris, ita per salutem eorum, quæ est angustior omnibus genis.* Hoc autem maximum Romæ censebatur iuramentum, non quod religione mouerentur, sed quod vindicta in promptu esset. *Tutius est, inquit Minutius, per genium Iouis peierare quam Cæsaris.*

Sacrum iuramentum per genium Cæsaris.

§. 8. Terrio laudat Romanos, prætextu religionis vfos. Nam cū Tribunos consulari potestate plebeios creassent, persuaserunt populo, pestem quæ grassabatur propter abusum maiestatis imperii immixtam, ita plebs tribunos omnes ex patribus creauit. Deinde inundationem lacus Albani, expugnationem Veneriorum prælagire finxerunt, ut in obliuione militem continerent. Terrio legem Terentillam primo simulatione librorum Sibyllinorum impediuerunt, deinde religione iurifurandi attrictos Quirites in Volscos duxerunt.

Verum pro me, & pro veritate testimonium dicent omnes Quiritium centuriæ, videlicet præstigiis illis nobilitatis auctoritatem, viresq; concidisse. Nam omnis Tribunis post quinquennem cōcertationem consules è plebe fecerunt, quorum primus fuit L. Sextius, id actū adhuc Camillo liberatore viuo, cum deinde noua pestilentia oriretur, per nouas religiones, hoc est ludos scēnicos remedium quæsitum est, nō autem consules capessendi iure priuata plebes. Itaque lex Terentilla perlatæ est, & superstitio excusata, nec hoc modo, sed sacerdotia etiam, auspiciq; ad se transtulerunt. Videre desideras ò lector fructum tam leuissimum, tam breuis impostura, lege orationem Decii Muris Consulis. *Quod cum ita se habeat, cui Deorum hominumque indignum videri potest, inquit, eis viris, quos vos sellis curulibus toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laurea quoque honoratis, quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adijcere? Qui Iouis Opt. Max. ornatu decoratus, curru aurato per urbem relictus in Capitolium ascenderit: si conspiciatur cum capite ac lituo, capite velato victimam cedat, auguriumne ex arce capiat? cuius imaginis titulo consularis, censuraque & triumphus equo animo legatur: si auguratum aut pontificatum adieceritis, non sustinebunt legentium oculi? Equidem (pace dixerim Deum) eos nos iam populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotis non minus reddamus dignatione nostra honoris quam acceperimus, & Deorum magis, quam nostra causa expetamus, ut quos priuatim colimus, publice colamus. Quid autem ego sic adhuc egi, tanquam integra sit causa patriciorum de sacerdotiis, & non iam in possessione vnius amplissimi sinus sacerdotij? Decemuiros sacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi huius interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacri ceremoniarumque aliarum plebeios videmus, nec tum patricijs vlla iniuria facta est, cum dumuiuis sacris faciundis adiectus est propter plebeios numerus: & nunc tribunus, vir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quatuor pontificum adiecit, in quæ plebeij nominentur: non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adiument vos homines plebeij diuinis quoque rebus procurandis: sicut in ceteris humanis pro parte virili adiunant. Noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulari collegam habere potuisti: cuius tam dictatoris magister equitum, quam magistri equitum dictator esse potest. Sabinum aduenam principem nobilitatis vestra, seu Appium Clausum, seu Appium Claudium manulitis, illi antiqui patricij in suum numerum acceperunt, ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. Multa nobis cum decora asserimus: imo omnia eadem, quæ vos superbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe Consul est factus: Caius Licinius solo primus magister equitum: C. Martius Rutilius primus & dictator, & censor. Q. Publius Philo primus prætor. Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos iustum imperium & auspiciū domi*

Fraudes nobilitati obscurant.

Tribunos plebeios per superstitionem amouent, sed consules plebeios accipere coguntur.

Ciuihus nō diu fraus obsistit.

Plebs cum sacerdotia accepit, valde auxit potentiam.

Hec omnia sprete superstitutione.

O nihil finitum diuturnum.

domi militiaeque: aequae adhuc prosperum plebeium, ac patricium fuit, porroque erit. An Roma unquam sando audistis patricios primo esse factos, non de caelo demissos. Sed qui patrem ciere auumque possent, id est, nihil ultra quam ingenios? Consul iam patrem ciere possum, auumque iam poterit filius meus: Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur. Certamen tantum patricij petunt, nec curant quem euentum certaminum habeant. Ego hanc legem, quod bonum, faustum, felixque sit vobis ac reipub. vt rogati estis, iubendam censeo. Fraus itaque patefacta plus obfuit, quam exiguo tempore latens profuit.

Temeraria
vaticina-
tio.

§. 9. Albani lacus exundationem in prodigium Veiurum eo anno capiendorum verterunt. Mendacium politicum hoc fuit, ad breue tempus, & temerarium; praesertim cum interpretatio captiuo committeretur. Quomodo vero Camillus sui casus iam instantis erat incertus, fata autem patriae ab effusione vndarum Albanarum praedicebat? Ego potius effusam Senonum multitudinem, quae Romam vsque, omnia, & Romam, excepto capitolio, vastauit, illo portento significatam, si ariolari liberet, affirmarem.

Ioco omen
sinistrum
scipio in co-
trarium
vertit.

At Papyrius auspicia dextre interpretatus est; Ita plane est, nec male Claudius, vt biberent, quando esse nolent, edixit, & facere Scipio, cum rudi militi ominosa imperatoris e nauigredientis videretur prolapsio, in faustum auspicium traxit, cum Africam tenere se dixit. Sic Augulus cum cometes apparuisset, qui regibus haberi fatalis solet, ad regem Persarum pertinere, dixit, quod ille capillatus esset, Haec omnino destrunt auguriorum superstitionem, & occasionem praebent totum hoc genus in vniuersum deridendi.

Cicero fate-
tur non esse
auguria.

Quemadmodum & libro primo, & secundo facit Cicero, qui augur ipse negat vel Romulum, vel vllum habere vera auspicia, retinere tamen ad opinionem vulgi, & magnas utilitates Reipublicae. Sed contra Ciceronem recte docet Christianus Cicero lib. 2. de ciuit. Dei, cap. 5. Nam illud quale est quod pulcherrimum auspicium fuisse dixerunt, quod commemoravi paulo ante, Martem, & Terminum, & Iuuentutem, nec Ioui regi Deorum loco cedere voluisse, sic enim, inquit, significatum est, Martiam gentem, id est Romanam, nemini locum quem teneret daturam: Romanos quoque terminos propter Deum Terminum neminem commoturum: iuuentutem etiam Romanam propter Deam Iuuentutem nemini esse cessuram.

Termini
Romani
imperij ces-
sit.

Vi- deant ergo quomodo habebant istum regem Deorum suorum, & datorem regni sui, vt ei auspicia ista pro aduersario ponerent, cui non cedere pulcrum esset: quanquam haec si vera sunt, non habent omnino quid timeant. Non enim confessori sum, quod dii cesserint Christo, qui Ioui cedere noluerunt, Salus quippe imperij finibus, Christo cedere potuerunt, & de sedibus locorum, & maxime de corde credentium. Sed antequam Christus veniret in carne, antequam ista denique scriberentur, quae de libris eorum proferimus: sed tamen posteaquam factum est sub rege Tarquinio illud auspicium, aliquoties Romanus exercitus fusus est, hoc est, versus in fugam, falsumque ostendit auspicium, quod Iuuentas illa non cesserit Ioui: & gens Martia, superantibus atque irruentibus Gallis, in ipsa vrbe contrita est: & termini imperij, deficientibus multis ad Hannibalem ciuitatibus, in angustum fuerunt coarctati. Ita euacuata est pulcritudo auspiciorum, remansit contra Iouem contumacia non Deorum, sed demoniorum. Aliud est enim, non cessisse: aliud, vnde cessas redisse. Quanquam etiam postea in Orientibus partibus Hadriani voluntate mutati sunt termini imperij Romaniani. Ille namque tres provincias nobiles, Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam, Persarum concessit imperio, vt Deus ille Terminus, qui Romanos terminos secundum istos tuebatur, & per illud pulcherrimum auspicium loco non cesserat Ioui, plus Hadrianum regem hominum, quam regem Deorum timuisse videatur.

§. 10. Tempus est vt Pseudopoliticum contra semel loquentem audiamus. lib. 1. cap. 12. de republ.

Verum cultum requirit. Quicumque principes atque Respubl. semetipsas conseruare cupiunt, in id vnum pra caeteris, incumbere debent, vt verum religionis cultum recte instituunt, & venerentur: nec certius indicium de religionis alicuius ruina atque interitu vnquam habere poteris, quam si in ea, diuinum cultum despectui haberi ac sperni cognoueris. Id vero, vt ita se habere intelligas: observa cui fundamento Religio innitatur eius loci, in quo vnusquisque nascitur: quod omnis cultus religiosus alicui fundamento insistat.

Deinde cap. 15. de immani Samnitum coniuratione historiam refert. Ad angustias redacti, cum extrema quaeque tentare decreuissent, & intelligerent tamen se vincere non posse, nisi obstinatissimos haberent ad dimicandum militum animos: ad religionem cui extremum remedium confugerunt. Nam ex libro vetere, sacerdote Ouio Pacio, homine magno natu, sacrificium ex antiqua Samnitiu religione petierunt. Sacrificio perfecto, eorum Imperator per viatorem iubeat acciri nobilissimum quemque. Apparatus sacri talis erat, qui animum religione perfundere posset. Nam locus erat cratibus conseptus in medio castrorum, puteisque ac lineis connectus, patens ducentos pariter pedes in omnes partes: In medio Aere, victimaeque circa caese, & circumstantes centuriones strictis gladiis. Admonebatur altarihus miles, vt victima magis, quam vt sacri particeps, adigebaturque iurando, quae visa auditaque in eo loco essent, non enuntiaturum: deinde iurare cogebatur diuo quodam carmine, in execrationem capitis familiaeque & stirpis composito, nisi isset in praelium quo Imperatores duxissent: & si aut ipse ex acie fugisset, aut si quem fugientem vidisset, non exemplo occidisset. Id primum quidam abnuentes iurare: obruncati circa altaria sunt, iacentes deinde inter strages victimarum, documento caeteris fuerunt, ne abnuerent. Hoc sacramento astrictos, vt

Samnitiu
horrendus
delictus, &
iusiurand-
um.

maiore religione tenerentur, variis etiam signis ornauerunt: parum inu-
nam ex quadraginta millibus, quos collegerant, mediam cir-
citer partem vestimentis albis induerunt, istaeque arma, insi-
gnia, & cristatas Galeas attribuerunt, vt inter caeteros emine-
rent: tandemque ad Aquiloniam confederunt. Sed aduersus
eos tamen Papyrius Consul dimicaturus, ea omnia parui fe-
cit, & suos ne huiusmodi religioso sacramento tenerentur, al-
loquens. Non, inquit, cristas vulnera facere, sed per picta,

Insignia
parum in-
uant timi-
dos.

atque aurata scuta transire Romanum pilum, & candorem
vestium fulgentemque aciem, vbi res ferro geratur, cruentari. tot iura-
Hac omnia denique in illorum caput transitura, cum nefando mentis ce-
sacro, hominum, peculundumque eadem miscuerint, & ob fracta lata, iam
toties fœdera, Deos, ciues, atque hostes aduersus sese irritarint. in castris
In conflictu tandem vicere Romani, quod illorum virtus, ma-
iorem Samnitibus metum incussisset, ob memoriam toties ac-
cepta cladis, quam iis religio potuerit, vel virtutis vel pertinacit-
cie ad pugnandum infundere. Quod etsi ita sit, videmus tamen
manifeste, quod rebus tantopere afflictis, ad religionem
tandem extremum remedium confugerint: nec in villa alia
re tantam spem recuperanda virtutis posuerint: ex quo intelli-
gere licet quantum praesidio, quis in vera religionis recto vsu ha-
bere queat. Itaque de hac re, hoc loco differendum putauimus, externa
tandem de ea, quae ex maxime necessariis Romana Reipubl.
constitutionibus dependebat.

Sacra Sa-
crum
iura-
mentum
tot iura-
mentis
ca-
sacro,
lata, iam
toties
fœdera,
Deos,
ciues,
atque
hostes
aduersus
se
sese
irritarint.
in
castris
In
conflictu
tandem
vicere
Romani,
quod
illorum
virtus,
ma-
iorem
Samnitibus
metum
incussisset,
ob
memoriam
toties
ac-
cepta
cladis,
quam
iis
religio
potuerit,
vel
virtutis
vel
pertinacit-
cie
ad
pugnandum
infundere.
Quod
etsi
ita
sit,
videmus
tamen
manifeste,
quod
rebus
tantopere
afflictis,
ad
religionem
tandem
extremum
remedium
confugerint:
nec
in
villa
alia
re
tantam
spem
recuperanda
virtutis
posuerint:
ex
quo
intelli-
gere
licet
quantum
praesidio,
quis
in
vera
religionis
recto
vsu
ha-
bere
queat.
Itaque
de
hac
re,
hoc
loco
differendum
putauimus,
externa
tandem
de
ea,
quae
ex
maxime
necessariis
Romana
Reipubl.
constitutionibus
dependebat.

Ex quibus concludo, nullam religionem fictam esse diuturnam, Romanosque milites tam magna religionis contemptores, suorum augurum ineptias videre potuisse: ideoque inconsideratissime esse temeritatis eo fundamento niti, quod vno ictu, leui ioco euerti possit. Faretur ita esse Consularis Augur, Errabat, inquit, multis in rebus antiquitas, quam vel vsu iam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus. Cum igitur vsu, & doctrina immutari opiniones illae soleant, non vterur illis legislator, qui veram stabilem Rempubicam molitur, quae quamuis ex vero omnia habeat, hominum tamen vitio solidissima eius fundamenta per sepe concutiuntur, quomodo stabilis esse poterit, si ex stultissimis vulgi, inconstantissimisque opinionibus summa eius, salusque dependeat.

Cunctari,
instruere
militem,
externa
subsidia
querere
oportebat.